



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De fide patris Abrahæ credentis promissionibus beati seminis, & de eo
quod tres uidit, & unum adorauit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

ET PROCESSIONE SPI. SAN. LIB. .III.

LI.

Be plaga illa confusionis, in quo profuerit, et cui personæ magis con-
gruat dixisse ceteris. Venite descendamus et confunda-
mus.

Caput .XX.

Gitur plaga quidem grandis accidit mundo, ubi facta est linguarum confu-
sio, sed in eo non minime profuit, quod & Pagani & Iudæi, maxieq; hereti-
ci, per Asiam, Europamq; & Africam disseminati, minus turram suam con-
fusibilem adificare potuerunt contra ueritatem, quam si fuissent omnes la-
bij unius est & sermonum eorumdem. ¶ Cui autem personæ magis con-
gruit dixisse ceteris: Venite descendamus & confundamus linguam eorum. Putas ne
personæ filij? Deniq; ubi plaga confusionis illius sananda erat, personæ haec scilicet filius
loquens Apolotis suis: Et ego (inquit) rogabo patrem, & alium paracletum dabit uo-
bis. Et hoc ita factum est, ita linguarum diuisio, quæ propter superbiam acciderat, refor-
mata est per eiusdem paracleti spiritus sancti aduentum, ut in ore eorum omnium genera-
nascentur linguarum. Quia ergo rogarite filio sic futurum erat, & sic factum est, dele-
stabile nobis est ascribere personæ hujc, illud dictum ad patrem & spiritum sanctum. Ve-
nite descendamus & confundamus linguam eorum: quia uidelicet & ista noua & illa uer-
tera omnia propter ipsum facta sunt. Veruntamen uerba illa, uenite descendamus & con-
fundamus, non iam sic accipimus tanquam uerba roganter, quia uidelicet rogarer minoris
est. At ille scilicet filius, non tunc erat minor, sed quando factus est homo, tunc paulo mi-
noratus est, non solum à patre & spiritu sancto, uerum etiam ab angelis: quia secun-
dum humanam naturam pati potuit, & mori: quod nimur rogarere fuit. Morierido quip-
pe, sacrificium factus est pro nobis. Melius igitur atq; fidelius uerba illa, uenite descendamus,
confundamus, sic accipimus tanquam sapientiæ consulentis, & cum deo cuncta
componentis, sicut habemus in parabolis, quæ uidelicet sapientia, ipse est filius dei. Pro-
cedamus ulterius.

Befide patris Abrahæ credentis promissionibus beati seminis, et de eo
quod tres videntur, tunum adorauit.

Ca. XXI.

Bapatte agri, quam nunc attingimus, in loco scripturæ, in quem nunc pro-
greditur, splendet fides patris nostri Abrahæ, credentis promissionibus
beati seminis. Et hic o beata trinitas deus præclare fulget, nec multum abs-
conditus est thesaurus tui nominis, uidetur, in tribus hominibus magnis,
& in tribus designatis angelis. Tres homines principium magnæ gentis
sunt, Abraham, Isaac & Iacob: super quibus hodieq; audiunt te profitentem, ego sum de-
us Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. De tribus angelis taliter scriptura dicit: Appa-
ruit autem dominus Abrahæ in conuale Mambræ sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso
feruore diei. Cunque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres uiri stantes propter eum. Quos
cum uidisset, currevit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra & di-
xit: Domine, si inteni gratiam in oculis tuis, & ne transeras fertum tuum, & cætera. Illius
diei festiuitas quanto notior, & quanto est celebrior, tanto ad concelebrandum omnis ser-
mo noster est pauperior. ¶ Quis enim nescit, quis non audiuit, quia noster secundum sit
dem pater Abraham illo die in ipso feruore diei tres uidit, & unum adorauit? Tres quipq;
pe viros uidebat, quibus occurrentes & adorans non dixit, dominum si inueni gratiam in oculis
uestris, sed domine (inquit) si inueni gratiam in oculis tuis. Hoc fuit adorare unum, in aspe-
ctu trium. Quid autem sibi uult illud conuiuum trium angelorum, nasciturum Isiac pro-
mitentium, cum risu & gaudio tales hospites suscipientium? Paulo supra riserat senex Gene. 17.
Abraham, sicut scripture dicit: Cecidit Abraham in faciem suam, & risit dicens in corde
suo, putas ne ceterario nascetur filius, et Sara nonagenaria pariet? Et hic dicente domino, Gene. 18.
qui apparuerat in tribus personis angelorum, reuertens tieniam ad te tempore isto, uita co-
mite, & habebit filium Sara uxor tua, risit Sara post ostium tabernaculi: risit (inquam) ocul-
te, & dicente domino ad Abraham: Quare risit Sara dicens, num uere paritura sum annus?
Sara timore perterrita negauit, dicens, non risi. Dominus autem non est, (inquit) ita sed ris-
isti. Quid (inquam) sibi uult illud conuiuum talium hospitum, risus enim, & iubilo cele-
bratum?

Persona filij
de confusione
linguæ con-
suum dedice.
Iohann. j. 4

Actu. 2

Gene. 9

Heb. 2

Psal. 2

Heb. 5

Prover. 8

Figura trini-
tatis apertissi-
ma in tribus
angelis cora-
b. Abraham

Exo. 5
Gene. 18

Tres uidit, &
unum adora-
uit,

LII. RUPER. ABBA. DE GLORI. TRINI.

bratum, ubi qui & nasciturus promittitur, vocari iubetur Isaac, id est, Iesus, & eorum qui
hunc nasciturus promittitur huius nominis filius, alter Abraham, id est, pater multarum
gentium: & altera Sara, id est, princeps nominatur. Dicamus aliquid fide dignum, ut cum risu
eterno mereamur epulari, cum beata trinitate, secundum illius conuiuij si gnatu in mysterio.

¶ *B*etribus patribus, Abram, Isaac, & Jacob, quomodo in illis tribus
angelis conuiuantibus & nasciturum Isaac promittentibus, praesigna
tum fuerit sacramentum fidei sancte trinitatis, qua per ad
uentum Christi inuidus est illustratus. Ca. XXII.

lege † Osee
Osee. jz.
Testamentū tri
nitatis ad A
braham, Isaac
& Jacob.
Psal. jo4.



N Propheta † Amos dominus dicit. Et locutus sum super Prophetas, & ego
visiones multiplicaui, & in manu Prophetarum assimilatus sum. Porro Proph
tarum praeceps sue maximis tres isti patres fuerunt, immo sunt: Abraham, Isaac,
& Jacob, cum quibus sancta trinitas, unus deus, testamentum suum dispo
suit, sicut Psalmista canens, cum præmisisset, memor fuit in seculum testamenti sui, quod
disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac, & statuit illud Jacob in præceptum, &
Israel in testamentum æternum. Postmodum ita subiunxit: Non reliquit hominem noce
re eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos & in Prophetis meis nolite
te malignari. Ergo, ut illius conuiuij mysterio dignum habeamur, scire debemus, qualiter assimi
latione sancta trinitas illuc in hospitio patris Abraham assimilata sit. Assertione nostra non
indiget, nam fere cunctis ubiq' notis est sensus Abraham filium Isaac, quod interpretur Iesus
domini nostri I E S V C H R I S T I, filii patris antiqui & æterni, nascendo & uiuen
do gessisse typum, qui sanctorum risus hominum, & omnium beatorum gaudium est an
gelorum. ¶ Futurum autem secundum dispensationem temporum, que præfinita fue
rat apud deum, ut non ante aduentum, sed in ipso aduentus eius meridie, sue fertu diei
clarissimo, sancta trinitas mundo publica prædicatione innotesceret, ipso incipiente nostro

Trinitas i ad
uentu Christi
mundo publi
cata

Iohan. jo
Idem. 14

Match. ultim.

Gene. 18.

Mysterium
conuiuij Abra
ham cum tri
bus angelis.

Isaac Euangelica uoce. Exempli gratia, cum dicit, ego & pater unus sumus. Et paracle
tus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Et
multa ad huius fidei regulam pertinentia, quorum notissimum atque præclarissimum est il
lud apud Matthæum in calce euangelij: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in
nominis patris & filii & spiritus sancti. Pulcherrime igitur atque sanctissime, non ante, sed ubi
iam uenerat tempus, ut conciperetur sue nascetur illus Isaac, figura sue forma huius, ap
paruerunt patri Abraham tres uiri illi, scilicet angelus & currenti in occursum atque adoranti,
ac dicenti: domine, si inueni gratiam in oculis tuis, & cetera, usq; ponam buccellam panis
tam prompte respondentes dixerunt, fac ut locutus es, tamq; familiariter comedenter tria
sata simile, uitulumq; de armento tenerissimum, & optimum, butyrum quoque & lac
um. ¶ Quo alio modo magis familiariter, quam isto, cuperet pater Abraham communicare
cuiuslibet patris inuisibilis, sue seruire homo fidelis, & iustus reputatus pro merito fidei, san
ctæ & indiuiduæ trinitati. Similiter quo alio modo, multarum gentium uniuersitas, qua
rum ille est pater secundum fidem, familiarius cupiat ministrare sanctæ trinitati, quam sa
crificando in sancto altari sacrificium dominici corporis & sanguinis, stante sub arbore,
id est, crucis C H R I S T I fidei: sicut illuc scriptum est. Abraham uero stabat sub'arbo
re: Multa hic materia se se offert, & dicendi copiam flagitat magna res, sed nos in alio opere
pro posse diximus, & in circulo testimonium sanctæ trinitatis, quod hic magnifice splen
det, nos secundum propositum memorasse sue demonstrasse contenti, finem facimus præ
sentis libelli, protinus ad ulteriora progressuri secundum tenorem eiusdem propositi, quo
proposuimus, in isto sanctæ scripture agro amplissimo thesaurum demonstrate credulis,
quem uidere uel inuenire non possunt increduli.

FINIS QVARTI LIBRI.